



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

14. De immunitate Ecclesiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

*vimus in margine. Sed integer locus sic restituendus est ex libris Capitularium, tum editis, tum manu scriptis.* Ne verò &c. & eo tempore suum ministerium, in quantum facultas dabatur, exequi quo eorum profectio, quantum in illis erat, his quibus prodesse possunt & debent, non sit importuna vel onerosa.

De immunitate Ecclesiarum. *Ex eodem Capitulari tit. CIII.*

XIV. Denuntiandum est omnibus, & à Missis nostris ordinandum, ut omnes Ecclesię & Presbyteri sub immunitate & privilegio & ordinatione atque dispositione Episcoporum singularum parœchiarum, in quibus consistunt, secundum auctoritatem canonicam permaneant.

Capitula Karoli Calvi tit. 9. c. 4.

Quòd omnes basilicę in potestate Episcoporum sunt. *Ex Concilio Aurelianensi tit. XIII.*

XV. Omnes basilicę quę per diversa loca constructę sunt vel cotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam ut in ejus Episcopi, in cujus territorio positę sunt, potestate consistant.

Concil. Aurelian. 1. c. 17. Burchard. lib. 3. c. 8.

De parœchiis. *Ex Concilio Chalcedonensi tit. XIX.*

XVI. Singularum Ecclesiarum rusticas parœchias vel possessiones manere inconculsas illis Episcopis qui eas retinere noscuntur, & maximè si per tricennium eas absque vi ob-

Concil. Chalced. c. 17. Burchard. lib. 3. c. 148.